Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



17

mento habere coccum bistinctum nescit. Sed cum
mens ad precepta carnalis tenditur. restat procul du
bio ut per abstinentiam caro macteretur. Unde et bis
tincto cocco torta bissus adiungitur. De terra enim
byssus nitentis specie oritur. Et quid per byssum
nisi cadens decor mundicie corporalis castitatis designa
tur. Que uidelicet torta pulchritudine super humera
li innectitur. quia tunc castimonia ad perfectum mun
dicie candorem ducitur. cum per abstinentiam caro fati
gatur. Cumq; inter uirtutes ceteras et ea affluente
carnis meritum proficit. quasi in diuersa super humera
lis specie byssus torta candescit.

Sit rector discretus in silentio utilis in uerbo. ne
aut tacenda proferat. aut proferenda reticescat.
Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit. ita in
discretum silentium hos qui erudiri poterant in erro
re de relinquit. Sepe namq; rectores improuidi
humanam amittere gratiam formidantes. loqui libere
recta pertimescunt. Et iurta ueritatis uocem nequa
quam iam gregis custodie pastorum studio. sed mercen
nariorum uice deseruiunt. quia ueniente lupo fugi
unt. dum se sub silentio abscondunt. Hinc namq;
eos per pphetam dns increpat dicens. Canes muti
non ualentes latrare. Hinc rursum queritur dicens:

in esaia.